

POSITIONES THEOLOGICÆ  
DE INCARNATIONE.

1. **E**xistentiam Incarnationis reddunt cuius evidentem credibilem motiva  
credibilitatis tum generalia tum Specialia.
2. Eadem contra Judæos probatur ex Gen. 49. Dan. 9.
3. Messias in L. V. promissus est Iesus Filius B. V. verus Deus & verus homo.
4. Maria est verè Deipara, ante in - & post partum semper Virgo.
5. Incarnationis necessitas non erat nisi ex hypotbesi condignæ satisfactionis  
præstandæ.
6. Unio verbum inter & humanitatem est vera, physica, substantialis facta  
in unitate personæ, non naturæ, nec operationis.
7. Honorius in causâ Monothelitarum nihil definiuit contra fidem.
8. Solum verbum assumpsit naturam humanam immediatè secundum proprie-  
tatem relativam.
9. Datur vera communicatio Idiomatum in Christo sub certis regulis non  
in sensu Ubiquistarum.
10. Satisfactio Christi est condigna & superabundans etiam independenter  
ab acceptance.
11. Valor personalis meritorum Christi est simpliciter infinitus.
12. Christus meritis est nobis omnes gratias peccato Adæ posteriores, sibi  
gloriam corporis, & exaltationem nominis.
13. Christus etiam vi unionis hypostaticæ fuit proximè impeccabilis.
14. Habuit verum præceptum mortis, non tamen obligans sub culpâ &  
penâ stricte tali.
15. Mortuus est liberè, & pro omnibus ac solis hominibus.
16. Anima Christi præter scientiam beatificam habet etiam per se & per  
accidens infusam.
17. Fuit sancta sanctitate substantiali & accidentali.
18. Ad patranda miracula humanitas Christi probabiliter concurrebat tan-  
tùm moraliter.
19. Christus homo erat verus Filius Dei naturalis, Caput omnis Ecclesiæ,  
& probabiliter etiam dominus habens dominium directum totius mundi.
20. Humanitas Christi hypostaticè unita cum verbo adoratione latricæ ado-  
randa est.
21. Sancti in celo licitè coluntur cultu religioso absoluto, imagines autem  
respectivo.
22. Pium & licitum est, sanctos in celo cum Christo regnantes invocare,  
ut pro nobis apud Deum intercedant.

O. A. M. D. G.

© The Tiffen Company, 2007

# TIFFEN® Gray Scale

|          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |           |           |           |          |           |           |          |           |           |
|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|----------|-----------|-----------|-----------|----------|-----------|-----------|----------|-----------|-----------|
| <b>A</b> | <b>1</b> | <b>2</b> | <b>3</b> | <b>4</b> | <b>5</b> | <b>6</b> | <b>M</b> | <b>8</b> | <b>9</b> | <b>G</b> | <b>K</b> | <b>12</b> | <b>13</b> | <b>14</b> | <b>C</b> | <b>15</b> | <b>17</b> | <b>M</b> | <b>18</b> | <b>19</b> |
|          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |          |           |           |           |          |           |           |          |           |           |

# TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

|             |             |              |               |            |                |              |                |              |
|-------------|-------------|--------------|---------------|------------|----------------|--------------|----------------|--------------|
| <b>Blue</b> | <b>Cyan</b> | <b>Green</b> | <b>Yellow</b> | <b>Red</b> | <b>Magenta</b> | <b>White</b> | <b>3/Color</b> | <b>Black</b> |
|             |             |              |               |            |                |              |                |              |

